

PANACEÆ PHI-
LOSOPHICÆ
SECTIO I.

De ratione instituti.

STUDII STADIUM QUI INGREDIUNTUR, NÆ STUDIORUM
ILLI IMPETUOSUM MARE INGREDIUNTUR,
PRÆCLARUM FACINUS AGGREDIUNTUR.

MARE QUIDEM INGREDIUNTUR, SIVE SPE-
CIES PRÆSENTANEUM PERICULUM, QUOD MANET
NAUTAS INCAUTOS & IMPROVIDOS, SIVE AMPLITU-
DINEM IMMENSAM. PRÆCLARUM VERÒ FACINUS
AGGREDIUNTUR, DUM SUAM NAVEM BONIS ANIMI
DONIS VACUAM VELUTI IN EXTERAM REGIONEM
PROPELLUNT AD AFFERENDUM MERCES ANIMI AP-
PROBAS, ERUDITIONEM PUTÀ & VIRTUTEM. DUÙM
VERÒ GENERUM NAUTAS HOC IN OCEANO EST REPE-
RIRE, INFELICES UNOS, FELICES ALTEROS. INFELICES STUDIOSI IN-
SUNT, QUI QUIDEM INGREDIUNTUR, SED COGUNTUR
REGREDI, OB ID NEMPE, QUA NON POSSUNT PRO-
GREDI. ET HI AD DUOS IMPINGUNT ATQUE ALLIDUNT
SCOPULOS, SCYLLAM NEMPE & CHARYBDIM. SCYL-
LA EST CURIOSITAS. IGNAVIA EST CHARYBDIS. CURI-
OSITAS EST, QUÂ STUDIOSUS VEL RIDICULA, VEL INUTILIA,
QUÆ NEC SCIENTI PROSUNT, NEC IGNORANTI NO-
CENT, VEL ETIAM TALIA, QUÆ IMPOSSIBILIA SUNT LE-
GE, NATURÂ, CONSuetudine, PERDISCERE SATAGIT.
O VITIORUM VITIUM! O HORRENDUM SCOPULUM!
QUOT INGENIA TU ATTRAXISTI, ATTRACTA DETINUISTI,

^{1.} DIFFICUL-
TAS.

^{2.} LAUS &
DIGNITAS.

STUDIOSI IN-
FELICES QUI
SINT?

DUO HOSTES
STUDIORUM
& STUDIOSO-
RUM:
1. CURIOSI-
TAS.